



Praxis Avrea Qvotidianarvm Rervm Ecclesiastici Fori

In qua Variæ Iuridicæ Resolutiones ex approbatis traditionibus Doctorum,
atque diuersorum Tribunalium, præsertim Rotæ Romanæ, Decisionibus,
excerptæ, continentur; Opvs Qvatvor Partibvs Distinctvm

Continens Primam, & Secundam Partem: Quibus, hac nostra editione ab
innumeris mendis repurgata ...

Riccio, Giovanni Luigi

Venetiis, M.DC.LXXIV.

Praxis Clericorvm.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98587](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98587)

niri, Alex. in l. deducta §. qui post col. penultim. ff. Trebell. Gigans de penf. q. 39. post. Franch. in cap. fin. de off. ord. in 6.

- 9 Tum tertio, quia decima comparatur collecta, secundum Bal. in l. neminem C. de sacrosan. eccles. Bertac. in tract. de gabel. in prelud. num. 16. Cass. in consuet. Burg. rub. 1. §. 4. in verb. extraordinaria in fin. f. 122. Vgo Celsus conf. 34. num. 12. Franch. cit. dec. 107. 10 num. 13. & pro solutione collecta, bona sunt tacite obligata, l. competit C. de prescrip. long. temp. Ex quibus omnibus dicebam, quod licet iniuste denegassent solvere decimam Parocho, tamen competunt ei supradicta remedia ad illam recuperandam, quemadmodum filianis ad recuperandas candelas benedictas.

RESOLVT. DXXVIII.

Parochus, cuius Parochia redditus non ascendit nisi ad ducat. centum, an teneatur ad reparationem suae ecclesiae.

- 1 Parochus cuius parochia redditus non ascendit, nisi ad ducat. centum tantum, ad recuperationem ecclesiae non tenetur.
- 2 Centum ducati debent esse liberi, & alieni ab omni onere.
- 3 Rector ecclesiae parochialis ruinam minantis cogi potest ad illius reparationem, ubi redditus ei supersunt.
- 4 Prima charitas incipit a se ipso.

1 IN quadam causa mihi delegata iudicari non tene-ri quendam parochum, cuius parochiae redditus non ascendeat nisi ad ducatos centum tantum, ad reparationem dicte ecclesiae, & hoc ex pluribus.

2 Tum primo, quia iuxta dispositionem Concilii Tridentini. centum ducati debent esse liberi, & alieni ab omni onere, ut pluries censuit Rota Romana, ut patet ex dec. 484. part. 1. diuersorum, & nonnullas alias dec. manuscriptas congerit Marta in tract. clausular. claus. 123.

3 Tum secundo, quia per text. in cap. de his, de eccles. edificand. rector ecclesiae parochialis ruinam minantis, cogi potest ad illius reparationem, ubi redditus ei supersunt, quod intelligi deductis necessarijs, quibus non tenetur se priuare, ut conuertantur ad ecclesiae reparationem, quia prima charitas incipit a se ipso, c. non satis 26. dist. Cappel. Tholos. in dec. 499.

Quicquid tamen sit, in hac quaest. concludo cum Siculo, & reliquis Doctoribus in c. 1. de eccles. edific. quod in hac materia primo recurrendum est ad consuetudinem, si enim consuetudo transfert onus fabricae in populum, illa est obseruanda, arg. c. ad Apostolicam de simonia, & idem voluerunt in alleg. cap. 1. Jo. And. & omnes DD. idem dicendum eadem ratione, ubi consuetudo aliter prouideret, nam videmus hodie, quod Ecclesiae cathedrales habent ut plurimum redditus distinctos pro fabrica, tunc enim Praelatus non tenetur dare quartam partem suorum reddituum, quia valet in hoc consuetudo, ex quo ecclesia non patitur defectum in fabrica, & quod valeat consuetudo, tenet Innoc. in cap. fin. de his quae fiunt a maio. parte c. pro quo facit cap. si propter tua debita de rescrip. lib. 6. & ibi Domi. & dicit Siculo in allegat. cap. videmus hodie, quod non fuit quatuor partes de redditibus ecclesiae, ut antiqua iura disponebant 12. quaest. 2. cap. cognouimus, non tamen se potest Episcopus excusare, quominus pauperibus prouideat, licet redditus sint in confuso, quia talis consuetudo esset irrationabilis c. fin. 17. q. 1. & idem dicit in casu praemisso, quod si nulla est consuetudo, non valet per praelatum allegari, quominus teneatur ad quartam partem, si ecclesia patiatur ruinam, & deformitatem, per tex. apertum in alleg. cap. cognouimus, tenet Hostiens. in sum. de eccles. edific. §. ad fin. si autem

quarta pars non sufficiat, nec consuetudo disponit aliter, recurrendum est ad clericos ecclesiae, ut praalleg. cap. 1. & cap. de his, & cap. final. alleg. intellige tamen si deductis necessarijs redditus eis supersunt, si vero redditus non supersunt compelluntur ultimo loco parochiani ecclesiae, Ar. c. si episcopus de offic. ord. lib. 6. nā ex quo ibidem audiunt diuina, & percipiunt ecclesiastica Sacramenta tenentur ad refectionem ecclesiae.

Finis tituli Praxis Parochorum.

PRAXIS CLERICORVM.

RESOLVT. DXXIX.

An recte procedat prax. Cur. Arch. Neap. quod clericus ex indicijs absq; diffamatione torqueri possit.

- 1 Clericus non potest de crimine torqueri, nisi sit publice diffamatus de crimine, & diffamatio constet iudici, nec indicia sufficiunt, quod declaratur n. 2. Quid practicetur in Curia Archiep. Neap. traditur n. 3. Quid practicetur in Ciuitate Mediolani traditur num. 4.
- 5 Indicia propinqua succedunt loco diffamationis.



1 Ramaticus vot. 1. n. 5. firmat conclusionē, quod clericus nunquā torqueri potest pro crimine, de quo inquiratur, etiam si contra eum mille vergeret indicia, nisi de delicto ipso sit publice diffamatus, cuius opinione dicit. communem Diaz c. 117. Hippol. in l. quaestio n. 98. ff. de quaest. & idem Hippol. in ling. 55. post Panorm. & reliquos in cap. cum in contemplatione num. 6. de reg. iur. Carrer. in prax. crim. tract. de indic. & tortur. §. circa tertium num. 26. Viu. op. 42. lib. 1. Clar. §. fin. q. 64. vers. sed an Clerici. Campagna in Clem. 1. de vit. & honest. Cler. num. 149. vnde Rebuff. in 3. tomo conf. Franc. tit. de contum. gl. 1. n. 3. 2 dixit quod Clericus non debet torqueri nisi sit de crimine infamatus, & oportet iudici de illa infamatione constare, & Barbat. conf. 47. col. 16. vol. 1. quem sequitur Boer. decif. 163. num. 6. & 7. voluit, quod oportet, ut prius constet de infamia, seu diffamatione, ut clericus torqueri possit. Hinc Foller. in prax. canon. crimin. cap. 31. num. 5. scripsit clericum posse torqueri si infamis sit vel diffamatus de crimine, allegat notata per DD. in cap. 1. de deposito, & ita quoque voluit Viu. opin. 182. vol. 1.

- 3 In Curia tamen Archiep. Neapolitana practica- tur, quod legitimis indicijs praecedentibus, nulla diffamatione probata, clerici torquentur sicut ceteri, cuius praxis ratio reddi potest ex deductis per Granucium theoremat. iuris 18. dicens, quod si contrarium seruaretur in practica, nunquam aut raro clerici torquerentur, cum ad probandam diffamationem, nonnulla perdifficillima requisita concurrere debeant de quibus per Clarum in fin. quaest. 7. 4 per totum. Et iuxta hanc opinionem practitari in ciuitate Mediolani testatur Boffius in sua praxi titul. de indic. numer. 103. in fine, & in tit. de tort. num. 5. & Corat. lib. 1. comm. op. v. tortura. Vnde idem Granu. cit. theoremat. & in conf. 117. ex pluribus per eum ibide adductis ostendit, aduersus clericos posse procedi ad tormēta ex solis legitimis indicijs, excedentibus tamē arbitrariē ea, quae cōtra laicos regulariter ad quaestio- nem sufficiunt: Cuius opinionis ratio assignari poterit ex notabili doctrina Rolandi à Valle confil. 24. numer. 20. lib. 1. & in conf. 3. num. 6. & sequent. vol. 3. 5 quod indicia duntaxat propinqua succedunt loco dif-

famationis. Et quod hac opinio in puncto iuris sit ve-
rior tradit Ignat. Lopez in annot. ad Diaz in pract.
crim. can. cap. 126. & ideo antequam clericus, vel sa-
cerdos torqueatur licet secundum modernam practi-
cam, non debeat precedere fama specialis delicti, de
quo agitur, seu infamia in genere ipsius clerici, debent
tamen precedere indicia grauiora, & vrgētiore, quam
ea, quæ requiruntur in tortura laicorum, & ita feruari
communiter in Vrbe, & statu Ecclesiastico testatur
Farin. in pract. crim. tit. de indicij, & tortura quæst.
41. sub num. 91. vbi etiam num. seq. probat huiusmodi
grauiora indicia succedere loco famæ, famamque
suppleri per grauitatem indiciorum.

RESOLVT. DXXX.

Clericus emittens ictum scopittæ, qua
pena veniat puniendus.

- 1 Clericus emittens ictum scopittæ, qua pena puniatur, si
effectus non sequatur, & num. 3. & seq.
- 2 Affectus an puniatur, si non sequatur effectus, & num. 4.
& seq.
- 5 Actus proximus non dicitur, si alter est magis proximus.
- 6 Pragmatica loquens de ictu scopittæ non habet locum in
rixa, sed in casu appostato, & si datur pena extraor-
dinaria. Non habet locum in persona ecclesiastica n. 7.
- 1 IN Cur. Arch. Neap. fuit dubitatum, qua pena veni-
ret plectendus quidam clericus, qui emisit ictum
scopittæ in personam cuiusdam ministri Curie sacu-
laris, vulgo dicto *Capitan di guardia*, eundem clericum
apprehendere volentis, licet dictus Capitaneus non
fuerit percussus, & in fauorem clerici dicebatur primo,
ex generali consuetudine Italiae non puniri affectus,
nisi sequatur effectus, Gram. in dec. 2. n. 12. & seq. Vrsil.
ad Affl. dec. 2. n. 14. Thesl. in dec. 243. n. 2. & 3. Masl.
dec. Rot. Sicil. 155. in princ. quod procedit etiam statu-
to aliter disponente. Bal. conf. 356. vol. 1. Hippol. conf.
51. n. 19. Farin. q. 17. n. 49. Ioseph. Lud. in dec. Perus. 80.
n. 3. Item dicebatur quiauis sit sanctum per Regiam
prag. quod emittens ictum scopittæ, ipso iure incur-
rat penam vitæ naturalis, siue ictus percussit, siue
non, verum tamen in presenti casu ex pluribus termi-
ni pragmatice applicari nequebunt. Primò, quia co-
natus debet esse proximus, Clarus §. si q. 92. vers. scias.
Bertaz. conf. 23. n. 10. & seq. Intrigl. sing. 236. de Ball. in
prag. 41. in princ. esset enim talis in proposito casu, si
quis proiecerit ictum scopittæ, & leuauerit de focu-
ne, & non de canna, & pro parte percussit volentis,
nil vitæ agendum remanserit, vt deueniret ad effe-
ctum, & alias pragmatica non habet locum ex anno-
tatis, per Masl. cit. dec. 155. quia non dicitur actus
proximus, si alter est magis proximus. Bald. in l. non
ideo minus in 4. col. C. de accus. & conf. 294. col. 2. lib.
1. conf. 256. eodem lib. Mant. conf. 48. vol. 2. num. 3. &
clarius per exempla, quando dicatur actus proximus
Ioseph. Fontanel. in conf. 97. num. 18. & seq. item locum
non habet prag. in rixa, prout hic, sed tantum in appo-
stato, seu appostato ita notat Gabr. conf. 12. Farin. col.
67. n. 2. lib. 1. & Bal. loc. cit. n. 1. Nec locum habet, vbi
se defendendo expolit sclopetum, prout erat in præ-
senti casu, in quo supposebatur, quod dictus clericus
id fecerat, vt patrem cum alio rixantē defenderet, ne
à ministris Curie secularis apprehenderetur. Hoc enim
casu de excessu nō autem de ictu, seu explosione venit
puniendus. Abb. in c. significasti de hom. Afflic. conf.
asperitatem n. 13. & in conf. si aliquem n. 6. & seq. Ce-
phal. conf. 462. n. 19. & seq. vol. 4. Tandem dicebatur
prag. locum non habere: cum finis in persona eccle-
siastica, contra quam iura temporalia statuere non
possunt, vt not. ex dec. de Franch. 9.

Aloyf. Ricc. Prax. Pars I.

RESOLVT. DXXXI.
Curator an debeat interesse, quando clericus
minor torqueatur.

- 1 Minor confessus in iudicio absque curatore restituitur in
integrum.
- 2 Processus factus cum minore absque curatore, est ipso iure
nullus.
- 3 In Curia Archiep. Neap. seruatur, quod quando minor tor-
quetur ad indagandam veritatem, non interuenit cu-
rator.

1 V Idebatur, quod sic, quia minor confitens delictū
sine curatore, restituitur in integrum, tamquam
læsus, & confessio nihil ei præiudicat, secundum Beret.
conf. 326. col. 3. & ratio est secundum Corgn. conf. 36.
col. 2. 2. & ante eum Iser. in conf. Reg. si quis in posterū,
quia quicquid est actum cū minore, carente curatore,
est nullum, & consequenter restitui debet, secundū Loaz
in repet. tit. de iust. & iure, fol. 214. §. his itaque n. 106.
& vide Hipp. in leg. 1. col. 5. vers. 8. ff. de q. & ibi dicit,
quod etiam si minor accusat, debet accusare cum au-
thoritate tutoris, cuius auctoritas debet interuenire à
principio, alias non sufficeret. l. vniuersitas, C. qui tut.
dar. post. & not. C. si aduer. rem iudic. l. fin. & per Rom.
conf. 50. vide Paridē de Puteo in tract. de syndicato, fol.
115. vers. officialis posuit ad chordam, n. 13. vers. an cō-
fessio adultj, & Bald. conf. 260. vol. 3. in princ. aut mul-
lier, alias conf. 310. vol. 1. in nouis impressis, vbi pul-
chrè in materia, Corneus conf. 198. volum. 4. Licet
in hac consultatione per totum restituatur minor,
etiam non probata læsione, & errore sue confessionis,
Hippol. sing. 445. minor læsus, & de intellectu l. Clarum
C. de auctoritat. præstanda, vide Gulielm. in repet.
cap. Raynutius, vers. si absque literis fol. 14. num.
50. de testament. & per Hippol. conf. 110. num. 21.
cum seq. Bertrand. confil. 326. numer. 3. vol. 3. ibi
dicebat dominus Antonius, vide Hippol. in pract.
crim. §. nunc videndum fol. 14. num. 33. & Affl. in confil.
minorum iura, num. 12. Vnde Bald. in cit. cō. n. 310.
aut mulier, 1. vol. voluit processum factum cum
2 minore sine curatore, quod sit ipso iure nullus in cri-
minalib. & hoc etiam si haberet minor patrem, idem
Bal. in conf. 308. factum 3. vol. de quo etiam per Cappi.
Thol. dec. 175. apertius Biraza sing. 366. tenementi mi-
rabilem cautelam voluit Lanfran. in c. quoniā in verb.
confessiones col. 10. de probat. quod etiam cum Bal.
conuenit in conf. 308. quod in criminalibus debet dari
curator filiofamilias, qui habet interuenire in causa,
in simul cum patre, voluit etiam Hippol. in confil. 48. nu.
1. non confundetur, & n. 3. vbi etiam dicit, quod si eo-
dem momento quo quis fuit creatus curator auctori-
tatem præstitit in confessione minoris, quod non præ-
iudicat, & in conf. 130. conditor orbis nu. 21. cum seq.
vbi ait, hæc procedere, etiam quod dicta confessio fuit
set iuramento vallata, & in conf. 28. n. 12. vbi affirmat,
quod minoris dictum in criminalibus est ipso iure nul-
lum, sed quod restituatur minor, & sic cum opinione,
de qua supra, sequitur Recen. post Alex. in conf. 116. in
causa inquisitionis 2. col. 3. volum. qui citat Affl. &
Gram. in conf. 16. in crim. licet secus videantur cōclu-
dere Alex. in conf. 85. in fin. 5. vol. videlicet, quod resti-
tuatur minor aduersus confessionem, probata læsione
summam, de quo per Ias. in confil. 133. col. 6. vol. 1.
Contr. verò in conf. 198. licet in hac conclusione 4. vol.
concordando opiniones, ait, valere confessionē mino-
ris factā in tormentis, quando curator præstitit aucto-
ritatem adulto dicere veritatem, etiam quod ipse non
interuenit in ipsa confessione facta ad veritatem in-
ueniendam, sin autem non interuenit auctoritas cura-
toris in aliqua parte iudicij, iudicium nullum, cum
quo

X

quo

quo videtur conuenire Aret. in l.2. §. quod obseruare C. de iuram. cal. qui citat dictam l. clarum de auctoritate praest. quod debeat interuenire curator, si est facienda interrogatio, & non quo modo minor respondere debeat.

- 3 In Curia tamen Archiep. Neap. secundum Nouissimum c. 49. est recepta opinio Salyceti in d. l. clarum, quod non interuenit curator, quando minor torquetur, cum tortura inferatur ad indagandam veritatem, non ad solemnizandum iudicium, idem in alijs interrogationibus, quae sunt ad eruendam veritatem, & ita passim seruatur.

RESOLVT. DXXXII.

Clericus ordinatus ad titulum patrimonij, an teneatur bona sibi ea de causa assignata a patre in legitimam imputare.

- 1 Militia empti filio per patrem, imputatur in legitimam.
- 2 Quicquid a patre quouis titulo filius consequitur, imputatur in eius legitimam.
- 3 Donatio facta a patre filio, ut peruenire possit ad habitum clericatus, est ob causam.
- 4 Contrarium respondetur.
- 5 Bona non assignata filio libera, non imputantur.
- 6 Militia clericatus in legitima filio imputatur.

IN facti contingentia dubitationem mihi faciebant nonnulla pro opinione affirmatiua.

- 1 Primò, text. in l. omnimodo §. fin. C. de inoff. testam. ubi quod militia empti filio per patrem, imputatur filio in legitimam, sed ex donatione praedicta videtur acquisita filio militia clericatus, quia clericus, vel Presbyter quis fieri non potest, nisi patrimonium aliquod habeat, ne ordo sacerdotalis in vituperium, vel infamiam veniat, quod etiam est de iure communi, quia non debet quis ad sacros ordines promoueri sine aliquo beneficio, vel patrimonio c. neminem, & c. seq. 70. dist. c. Episcopus de praeben. Cal. in conf. 1. col. 1. in tit. de vita, & honest. cler. & vide Thef. dec. 46.
- 2 Secundo, quia in legitimam imputatur, quicquid a parte quouis titulo filius consequitur. Pnt. dec. 212. lib. 3. cum in liquidatione legitime habetur ratio omnium bonorum, & iurium hereditatis, de Franchis in decis. 61. num. 15. & 16. Raudent. tract. de analogis c. 19. num. 57. quod etiam procedit in filio emancipato quando esset actum expressè. Magon. decis. 84. Lud. Rom. sing. 763. quemadmodum etiam in filia, quia donata a patre tempore nuptiarum, in legitimam computare tenetur. Gail. obseruat. 91. lib. 2. num. 5.
- 3 Tertiò, quia talis donatio non videtur simplex, sed ob causam facta per matrem filio, ut peruenire possit ad officium clericatus, ut narratur in verbis donationis, sed donatio ob causam facta filio, imputatur ei in legitimam l. quoniam nouella C. de inoff. test. habetur in l. si quando, §. generaliter, C. eod. Alex. conf. 50. col. 7. in 3. dubio, & conf. 117. col. fin. lib. 6. latè Socin. conf. 18. & seq. lib. 4.
- 4 Ceterum supradictis minimè refragantibus, contrarium consului, scilicet in legitimam nullo pacto imputari posse, quia non erant bona assignata libera, ut de illis posset ad libitum disponere, quod requiritur in legitima, Crauet. conf. 136. incip. de anno per totum, sed nec de iure communi tenetur illa conferre, dicit enim Io. Faber in suo Breuiario tit. C. de collatio, & l. si emancipati num. 6. vers. ideo credo, quod presbyter non tenetur conferre illud, quod pater dedit, vel ei assignauit pro titulo susceptionis ordinis, & iuxta hanc opinionem iudicauit Polid. Ripa, ut patet in dec. 234.
- 6 Non obstant contraria, & primo quod per talem do-

nationem videtur acquisita filio militia clericatus, quae in legitimam imputatur, quia text. in d. l. omnimodo §. fin. & ibi DD. loquuntur de militia, quae aut in heredes transmittitur, aut vendi potest, latè Calcan. conf. 74. col. 5. post med. & seq. iste clericatus non est huiusmodi; quia neque transmittitur ad heredes, neque vendi potest aliquo modo.

Non obstat secundo, quod dicatur ob causam donationis, & propterea imputatur, quia responderetur, quod donatio, ut dicatur ob causam, in materia nostra, requiritur, quod illa causa habeat in se necessitatem, prout est donatio ex causa dotis, quia pater tenetur dotare filiam, prout est donatio propter nuptias, quia pater tenetur pro filio facere, secus si fiat donatio ob causam ad quam pater non tenebatur, Paul. de Cast. in l. ut liberis col. pen. in fin. C. de collat. & ibi Dec. col. fi. circa finem, & idem Dec. in auth. ex testamento, col. 4. in princ. C. eod. tit. & ibidem subdit Decius, quod in alia materia donatio ob causam dicitur quando causa respicit commodum donantis, allegat Aret. conf. 17. consideratis col. 5. sed ista donatio facta filio clericaturo, non habet causam necessariam, quia non reperitur in iure cautum, quod cogatur pater donare filio ut clericus efficiatur, similiter ista causa non respicit commodum ipsius patris, sed filij, ergo donatio ob causam pacto aliquo dici non potest.

RESOLVT. DXXXIII.

An si clericus, pendente lite super eius debito, efficiatur Episcopus, poterit per eandem Curiam condemnari.

- 1 Monachus effectus Episcopus, non desinit esse monachus, nec est solutus a tribus votis substantialibus, num. seq.
- 3 Vbi capium est iudicium, ibi est finiendum.
- 4 Dignitas superueniens reo, lite pendente, non eximit illum a litis capta iudice.
- 5 Clericus, lite pendente, effectus Episcopus, per eandem Curiam non est condemnandus, & quare, & in similibus, num. 7.
- 6 Responsio ad contraria.

Supponatur in facto pro huius articuli dilucidatione, quod quidam clericus cum esset conuentus a quodam suo creditore in Cur. Archiep. pro quadam pecuniarum quantitate, lite hac pendente, fuisset dignitatem Episcopalem assecutus, dubitatum fuit an posset pro praefato debito per eandem Curiam condemnari. Pro cuius quaesiti resolutione multa mihi videbantur considerata.

- 1 Primò, id quod dicitur de monacho, qui licet efficiatur Episcopus, non tamen desinit esse monachus, ita Host. in c. clericus, il secodo, de vita, & honest. cler. Alex. conf. 32. n. 8. vol. 1. Dec. conf. 25. n. 6. vol. 1. Alb. in conf. 17. n. 7. & seq. hinc vestes non mutat ratio sanctimonialis, c. 1. vbi Arch. Turrecrem. & ceteri DD. 23. dist. Luc. de pen. in l. 1. n. 12. C. de cast. palat. pecul. lib. 12. gl. in c. nona actione 16. q. vlt. Boer. in dec. 158. n. 4. & 5. tex. in c. pen. in fin. vbi DD. de vit. & honest. cler. Co. uar. in c. 1. num. 18. de testibus Surd. in tractat. de aliment. tit. 8. priuil. 97. n. 10. & D. Thom. 2. 2. q. 105. art. 1.
- 2 Nec est solutus a tribus votis substantialibus, castitate, religione, & paupertate. gl. in c. de monachis 16. q. 1. c. 1. 18. q. 1. Socin. sen. in c. cum olim, il secodo, n. 17. de priuilegijs, Conar. loco cit. Prapof. in c. nulli dubium 12. q. 5. Surd. vbi supra num. 9.

Imò non liberatur ab omnibus religionis disciplinis quae officium suum Episcopale minimè impediunt D. Thom. loco cit. Turrecrem. in cap. carnem de consecr. dist. 5.

An clericus obtinens simplex beneficium, cogi possit ad faciendam residentiam in diœcesi.

- 1 Clericis ab Episcopo non est prohibendum, ne discedant à diœcesi.
- 2 Clerici ex consuetudine non tenentur in beneficijs simplicibus residere.

IN facti contingentia dicebam, quod si talis clericus non obtinebat beneficium residentiale, nō potest cogi per Episcopum, ne à diœcesi discedat, mouebat ex notabili consuetudine Burcult. 29. quem sequitur Emanuel Sā in suis aphorismis Confess. verb. clericus n. 29. ubi ait, quod clericus nulli loco, aut beneficio adscriptus, non tenetur residere, & potest ire quō velit, cum Episcopi licentia, & ita refert fuisse per Sac. Congregationem declaratum, licet quod quando reperiretur adscriptus in aliquo loco, non posset inde discedere, ait Grass. in cons. 3. de tempor. ord. lib. 2.

- 1 Quæ opinio, videlicet, ut non possit clericus ab Episcopo prohiberi, ne à diœcesi discedat, procederet quoque, etiam si præfatus clericus ibidē obtineret beneficium simplex, quoniam quamvis de iure requiratur residentiam, c. pen. de clericis non resid. c. ad hoc de præbend. generalis tamen consuetudo obtinuit, ut id non procedat in beneficijs simplicibus, Abb. in c. extirpanda §. quia vero num. 31. de præb. cum adductis per Mandos. in regulis Cancell. reg. 1. q. 13. n. 8. Cæsar de Grass. in dec. 4. num. 3. de præbend. Farina c. in sua collect. dec. 12. & tenuit Rota in vna nullius beneficii 28. Maij 1604. coram Ludouiso, & beneficia quando dignoscantur esse simplicia vide Monal. cons. 23. vol. 1.

R E S O L V T. DXXXV.

An licentia data per Episcopum clerico in certa ecclesia seruendi, sufficiat, quod fuerit oretenus concessa.

- 1 Episcopus dicitur Princeps.
- 2 Mandatum Principis non probatur nisi scriptura.
- 3 Licentia Episcopi inseruendi ecclesiæ, sufficit ut oretenus sit data, & quare.
- 4 Ratio dispositionis potius est attendenda, quam dispositio.

VT clericus gaudet fori priuilegio ex vi Concilij Tridentini sess. 23. de reform. c. 6. est necesse in non habente beneficium ecclesiasticum, quod ex mandato Episcopi alicui Ecclesiæ inseruiat, ibique fuerit adscriptus. Quare huius occasione sui interrogatus an præfata licentia, & mandatum sufficeret, quod fuerit oretenus facta ipsi clerico, an verò sit necesse, ut probetur in scriptis, & ratio dubitandi, quod requiratur scriptura, erat, quia Episcopus dicitur Princeps c. omnes Principes, de maior. & obedientia, & Principis mandatum non probatur, nisi scriptura. l. 1. C. de mandat. Princ. gl. not. in c. 1. verbo scriptura de censibus li. 6. Monal. cons. 22. vol. 1. Artham. cons. 91. num. 6. & Rubeus cons. 93. num. 7. & sequent.

- 3 Caterum, supradicta ratione non obstante contrarium consului ex pluribus.

Primò, quia licet d. Concilium cit. c. 6. videatur requirere pro forma, quod dictus clericus degat in vniuersitate, non tamen videtur requirere pro forma licentiam Ordinarij, cum quoties degit in vniuersitate, sit in via ad maiores ordines, quæ est finalis ratio d. Concilij, secundum Artham. loco cit. & ratio secundū eundem est potius attendenda, quam ipsa dispositio, Alex. cons. 129. num. 5. volum. 7. Becc. in cons. 41. n. 6. Turret. cons. 76. num. 27. vol. 1.

3 Secundo, quia vera est regula seu iuris conclusio, quod ubi cœptum est semel iudicium, ibi finem quoque sumere debet. l. ubi cœptum ff. de iudic. latè Fel. in c. ex tenore de rescript. latissimè Ias. in l. nulli, in 1. col. circa princ. C. de iudicijs, vnde cum causa contra præfatum incepta sit agi in Cur. Archiep. igitur ibidem finiri debet, quamuis efficiatur Episcopus.

Tertiò, quia sufficere debet, quod tempore citationis potuerit pertinere iurisdicção ad Curiam Archiepiscopalem l. si quis postea ff. de iudic. & ibi omnes DD. & in l. cum quædā puella ff. de iur. omni. iud. quæ citatio continet effectum præuentium gl. in clement. 2. de iudic. c. proposuisti de foro compet. Anton. Fab. in dec. fin. C. de in ius voc. & inducit litem pendentiam, gl. in c. ut debitus de appell. tex. in clem. 2. ut lite pendente, & consequenter alibi causa agitari nequit, ad dec. Affli. 325. & licet cesset qualitas iurisdicçãois, quæ litæ in præfato tribunali introduxit, non debet idcirco transferri ad aliud tribunal. l. fin. C. de veteranis lib. 10. & in nostris terminis tenet, & comprobatur ex multis Foll. in cons. Neap. tit. de Magistro Iustitia rio fol. 177. num. 27. cum multis sequentibus.

Non obstat regula cessante causa, quæ in omni actu procedit Tiraquell. in 1. par. num. 203. quia verum est, nisi ille actus produxerit effectum consummatum. l. fin. vnde lib. 1. inter stipulantem §. sacram ff. de verb. oblig. Tiraq. latè ubi supra limit. 12. Paleaz de maioritatib. 2. par. q. 6. num. 12. & 1. par. num. 7. Gamma decil. 27. num. 5. Valasc. in dec. 57.

4 Denique contra præfatum clericum effectum Episcopum vrgebat, quod priuilegiū, seu dignitas superueniens reo, lite pendente, non eximit illum à iudice, coram quo lis erat inchoata, ita Bartol. in l. 1. ff. de pœnis, Angelus in l. si quis postea ff. de iudic. & iuxta hanc opinionem fuisse decisum in S. C. Neap. scribit Vincetius de Franch. dec. 544. & pariter decisum refert Balb. in dec. 70. quibus addo tex. in l. non distinguemus §. si quis ff. de arbit. & in l. si reus ff. iudica. solui. quare cum præfata dignitas superuenit postquam lis erat inchoata in tribunali Archiep. igitur ibi finienda ex supradictis, & iuxta præfatum opinionem fuit iudicatum 13. Iunij anno 1580.

5 Caterum quicquid sit ex supradictis contrarium consului, motus præsertim, quod iura supradicta, & rationes minime procedunt in persona tam priuilegiata uti est Episcopus, qui ob culmen honoris, & dignitatem, quæ in eius persona residet non venit in generali iurium dispositione ad text. in cap. inquisitionis de hæret. in 6. & in cap. quia periculosum de sentent. excommunic. in 6.

6 Nec obstant contraria supra adducta, quia procedunt quando solum adijcitur forus, at secus quando mutatur status, & forus prout in casu isto, quia tunc redditur omnino incapax index, qui præuenit, exemplum patet in cap. Præf. 2. quest. 5. de eo, qui antequam effectus est Cardinalis, commisit crimen, quia gaudet quoad cognitionem dicti criminis priuilegio Cardinalibus concessio. Item in milite, contra quem non agitur de crimine commissio tempore quo erat Paganus, coram primo iudice, sed coram secundo, postquam factus est miles. l. qui cum vno §. reus ff. de re militari, l. hoc accusare §. 1. in princ. ff. de accus. Oldr. cons. 4. in princ. vers. & hoc manifestè, Gabal. resolut. crimin. 147. num. 1. vsque ad 10. Et tandem de laico præuenio in foro seculari, qui si postea clericus efficiatur, contra ipsum non procedit index secularis, sed ecclesiasticus, quia nedum mutauit forum, verum etiam statum, idcirco non erit habenda ratio fori secularis, in quo fuit præuentus ab initio, & in hac resolutione persisto, salua pace tantorum iudicum.

Tum secundò, quia quatenus dicta licentia Ordinarij esset de forma, nò tamen esset de forma illam esse obtinendam in scriptis, cum id non dicatur in d. cap. 6. unde satis erit probari per testes fuisse oretenus concessam ab Ordinario ex regula iuris quod paria sunt aliquid probari per testes, vel per scripturas. In exercendis, C. de fide instrum. cap. in exercendis eod. tit. Natta conf. 609. num. 21. Surd. dec. 71. n. 6. Mascard. de probat. conclus. 303. num. 7. volum. 1. Sbroz. de off. Vicarij lib. 1. q. 64. num. 1.

Tum tertio, quia ita declarauit Sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium super d. capite sufficere licentiam, quamuis oretenus habitam, vt gaudeat clericus fori priuilegio.

RESOLVT. DXXXVI.

Clericus quando faciat spolum.

- 1 Spolia quæ sint.
- 2 Clericus bonorum ecclesie vsufructuarius dicitur.
- 3 Melioramenta facta ecclesie de bonis ipsius, ecclesie cedunt, non sic de clericis bonis patrimonialibus.
- 4 Clericus ultra victum de bonis ecclesie expendens volutuosè, ad restitutionem tenetur.
- 5 Facultas testandi clerico concessa non extenditur ad codicillandum, & quare.
- 6 Clericus quando spolum faciat.

Spolia (vt à definitione incipiamus) sūt bona ecclesiastica personæ quæ sita immediate, vel mediate ex bonis ecclesiasticis, & propterea ad Cameram Apostolicam spectant, vt latè per Rodoan. in tract. de spolijs q. 2. & per totum, Mandos. de signat. gratiæ in tit. de licentia testand. Naur. conf. 5. de donat. & in consil. 14. de regular. in antiq. Molin. disput. 156. & de iure canonum clericus, quando consanguineos non habebat, succedebat Ecclesie, vt disponitur in cap. 1. de successione ab intest.

- Cuius ratio est, quia quidquid habet clericus, præsumitur acquisiisse ex bonis Ecclesie cap. 1. de peculio cler. latè DD. in cap. 3. eod. tit. Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 53. Molina de ist. & iure, d. disput. 147.
- 2 Bertach. in tractat. de Episcop. lib. 4. part. 4. & clericus dicitur vsufructuarius bonorum Ecclesie, gloss. communiter recepta in cap. fin. de pecul. cler. Panorm. & reliqui in cap. cū esset de testam. Guid. Pap. in decis. 109.
 - 3 quod adeo verum est, quod etiam melioramenta facta de bonis Ecclesie, cedunt ipsi Ecclesie, nec de ijs testari potest, per illum tex. in d. cap. fin. licet quando de eius bonis patrimonialibus impenderint, posset ipse, aut eius hæres repetere, vt probat text. iuncta gloss. in cap. Sacerdotes 12. q. 4. & adeo persona ecclesiastica dicitur vsuarius, seu potius vsufructuarius, quòd ultra proprii victum, id quod superest, debet expendere in vtilitate Ecclesie, quare si expedit voluptuosè, tenetur ad restitutionem, ita Ioā. de Lignano in clem. gratiæ de rescriptis. Fel. in cap. postulasti col. 9. vers. & scias de rescript. Vnde nulla alia ratio supradictorum tradi poterit, nisi dicere, quod Nuntius Apostolicus habet intentionem fundatam, quod sint quæ sita intuitu Ecclesie, ita Maur. allegat. 5. part. 1. vnde iuxta opinionem eiusdem in alleg. 15. eod. lib. cum hæc materia sit odiosa, & stricte interpretanda, clerico cui fuerit concessa facultas testandi, non erit ei permillum ex vi præfate facultatis, post testamentum codicillare.
 - 6 Hodie verò ex constitutione. Pij V. clericus habens beneficium non excedens valorem 24. ducatorum de Camera, non facit spolum, vt testatur Vgolin. de potest. Episc. cap. 117. num. 2. & Galet. in sua margarit. casuum conscient. verb. clericus num. 3.

RESOLVT. DXXXVII.

Clericus an possit torqueri per laicos de mandato Episcopi.

- 1 Clerici per laicos de mandato Episcopi torquentur, & quare num. 2.

Ratio dubitandi pro negatiua sententia est, nam laici verbera incutientes clericis, incidunt in censuras, etiam si hoc facerent madante Episcopo, c. vniuersitatis de sent. excommunicat. Bald. consil. 122. colum. 1. Artam. consil. 13. n. 6. quia huiusmodi priuilegium est introductum in fauorem totius ordinis clericalis, & propterea non potest Episcopus in clericorum præiudicium renunciare, cap. contingit, vbi Panormit. & reliqui de sentent. excom. quemadmodum dicimus in Baronibus Regni, quibus competit priuilegium cum clausula abdicatiua, etiam quo ad personas miserabiles, quia nò possunt in præiudicium vnus ex vassallis, illi renunciare, vt refert decisu de Franch. decis. 541. & in decis. 417. sequitur Frezza de subseud. auct. 20. n. 206. Cacheran. dec. 78. col. 1. vers. nò obstat, quod vassallus.

Ceterum supradictis minimè refragantibus, contrarium seruatur in praxi, quod scilicet, quando torquendus est clericus, potest id de mado Episcopi per laicos fieri, cuius obseruantie ratio duplex est.

- 2 Prima, quia omnia nostra facimus, quibus nostra impartitur auctoritas. l. 2. Cod. de vet. iur. enuel. cap. mulieres §. 1. de sent. excommunicat. Bald. consil. 152. n. 6. volum. 1. gloss. notabilis, & communiter recepta, in c. 1. de reg. iur. in 6. quare regula cantat, qui per aliū facit, per seipsum facere videtur, cap. qui per aliū de reg. iur. in 6.

Secunda colligitur ex doctrina Bal. in cap. decernimus col. 2. num. 5. vers. quare de iud. qui asserit, posse iudicem ecclesiasticum id laico committere, quia hoc casu merus videtur exequutor, nec ei delegatio facta videtur, sed nudum ministerium commissum, vt firmat quoque Panorm. in cit. cap. vniuersitatis in 3. not. n. 6. de sentent. excomm. & ita de consuetudine obseruari testatur idem loco citato.

Quicquid in contrariū tenuerint gloss. 1. in cap. quia iuxta §. presbyteri, il primo. 5. quest. 6. & ibidem Archid. n. 3. Anchar. col. 2. num. 7. vers. quid de torura, Anton. de Butrio colum. vltim. n. 13. vers. consilui in cap. vt famæ de sent. excomm. Ioannes de Anan. in cap. 1. col. 4. num. 70. de clerico percuss. & hæc, vt dixi nò obstat, quia contrariū seruatur in praxi ob supra citatas rationes. Quibus additur, & tertia ratio, quia secundum Foller. in pract. criminal. can. cap. 31. rubr. tormentis mox subiiciatur n. 11. & Clar. in pract. crimin. §. final. q. 64. vers. sed hic quare cum non reperitur clericus, qui birroriorum munus exercere velint, quia secundum prax. Archiepiscopi. c. 35. in fine id estimatur officium vilissimum, proinde sequeretur absurdum, quod delicta clericorum remanerent impunita, & de hac communi obseruantia testantur etiam Sigism. Scaccia in tractatu de iudic. caus. ciuil. criminal. & hæretical. lib. 1. cap. 11. sub num. 41. nec non & Farin. in prax. criminal. titul. de iudicijs, & tortura, questio. 41. num. 15. quam practicam minime admittendam sentit Hyron. Cetal. in commun. contra. comm. q. 619. num. 4. & sequent. si inuenirentur clerici, qui hæc peragere vellent, sed in defectum clericorum, quod pariter sentire videtur Ignat. Lopez ad Diaz. in pract. criminal. canon. in annot. lit. E.

Clerici quando debent citari ad informandum.

- 1 Citatio non est expedienda, nisi prius de delicto constet saltem præsumptiue, num. 8.
- 2 Citatio realis infamat.
- 3 Captura, ultra infamiam, damnum affert irreparabile.
- 4 Citatio ad informandum, quando non est expedienda in Reg. Neap.
- 5 Reus non est carcerandus ad simplicem accusatoris nutu.
- 6 Index citans aliquem ad informandum, non seruata forma, est puniendus.
- 7 Citatio est vitiosa, si non constet de delicto.
- 9 Clerici in Curia Archiepiscop. quando carcerantur.

TAm in Curia Archiep. Neap. quam in omnibus alijs Curijs ecclesiasticis, praxis est, vt clerici non citentur, nec per ipsam Curiam expediatur citatio nisi, prius ceperit de delicto constare, quæ opinio fundatur in doctrina Ioan. And. in cap. si clericos de sentent. excom. in 6. vbi Episcopus non debet esse promptus ad citandum, tam verbaliter, quam realiter clericos, cum si sit realis, infamat. Bald. in l. si clericus, C. de episc. audient. & in l. 1. C. de in integrum rest. quem sequitur Castr. & Ias. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudicata, captura ultra infamiam, irreparabile damnum affert, vt voluit etiam Menoch. de arb. casu 67. Et contra laicos hodie in Regno citatio ad informandum per iudicem expediri non potest, nisi visa prius diligentissime, & per eum etiam reddita, informatione, & in causis pariter magni momenti criminalibus, in quibus indicia vigeant pro tortura inferenda, vt patet in prag. 39. Philippus in tit. de off. Iustit. & ita refert decisiu Viuius decis. 121. vbi quod dicit capturam minime contra aliquem delinquentem relaxandam esse, ad simplicem nutum accusatoris, cum non apparentibus sufficientibus indicijs ad torturam, non posset concedi mandatum, seu licentia de capiendi, ita Archid. Io. And. Gemin. & reliqui vniformiter in cap. si clericos de sentent. excom. in 6. Bald. in l. quod euitandi in fin. C. de cond. ob turp. cau. Alex. in l. 1. num. 13. ff. de in ius voc. Carrau. in ritu 39. num. 10. & sequent. Campag. in cap. Regni subditorum nostrorum, num. 95. & seq. vbi refert, hanc opinionem esse communiter ab omnibus receptam, & index capiens, & citans aliquem ad informandum, non seruata supradicta forma, puniri debet, ex notabili doctrina Baldi in l. 1. C. de his, qui lat. occid. cum alijs, quos congerit Parif. de Put. in tract. de iudic. v. captura cap. 1. num. 14. & in cap. seq. num. 13. & secundum quod refert Nellius in tractatu de bannit. in 3. part. tertij temporis, & antequam Bal. in auth. si omnes num. 8. cap. si minor se ab hered. abst. si citatio ad informandum fieret non.

7 adhibita causa cognitione, & non confito summarie de delicto, citatio ipsa foret vitiosa, & minime valeret, & consequenter processus in præiudicium citati fabricatus, esset nullus, & index, secundum Soccin. in l. fideiusor §. si quis num. 5. ff. qui satisd. cog. puniri posset, sicut dicimus de Episcopo iniuste carcerante clericum, quod est excommunicatus, cap. si clericos de sentent. excommunic. quia secundum Nouissimum in praxi sua cap. 33. num. 3. debet contra ipsum clericum constare de delicto, saltem præsumptiue, & in Cur. Archiep. Neapol. refert seruari, quod non proceditur ad carcerationem clericorum nisi contra ipsos ad sint probationes sufficientes ad condemnandum, vel saltem ad torquendum, dummodo clericus non sit suspectus de fuga, nec, si timor, quod seducat testes, & destruat informatio, quia tunc ad finem formandi inquisitionem, habita aliquali informatione, carceratus allegat Clar. in prax. §. fin. q. 28.

Aloys. Ricc. Prax. Pars I.

An clericus teneatur soluere decimam de eo, quod percipit ex patrimonio, ad cuius titulum fuit promotus.

- 1 Decima a clericis non sunt exigenda.
- 2 Lex generaliter loquens, generaliter intelligi debet.
- 3 Patrimonium clericum ab omni onere liberum esse debet.
- 4 Decima est soluenda a clerico de eo, quod percipit ex patrimonio, ad cuius titulum fuit promotus, & quare.
- 5 Decima de iure diuino debentur.
- 6 Res semper transit cum suo onere.

CUm contigisset de hoc dubitari in oppido Brissiani terræ Lauri diocesis Nolæ, & ab Episcopo mihi fuisset causa delegata, compilato coram me processu, proposi punctum prædictum, & pro opinione negativa adducebatur primò text. in cap. nouum genus de decimis, vbi Summus Pontifex his fuit verbis vsus, Nouum genus executionis est, vt clerici a clericis decimas exigant, cum nusquam in lege Domini hoc legamus, non enim Leuitæ a leuitis decimas accepisse leguntur, vnde cum tex. loquatur generaliter, & indistincte, vt a clericis decimæ non exigantur, consequenter debet ita decidi præsens casus, de quo verba facimus, lex enim generaliter loquens generaliter debet intelligi. l. de pretio ff. de publiciana l. qui filium ff. de legat. prestan.

3 Secundo, quia præfatum clericum patrimonium debet esse alienum, & liberum ab omni onere. Rubeus conf. 23. num. 6. Felin. in conf. 17. num. 3. & seq. & in cap. cum accessissent num. 15. de constitutionib. Craff. conf. 4. de tempor. ordin. & secundum quod scriptum reliquit Dec. in cap. non licet de præb. debet esse in proprietate, & vsu fructu, non autem in vno ex prædictis, quod non esset, si esset decimis obnoxium.

4 Ceterum supradictis minime refragantibus, contrarium iudicauimus, ex pluribus.

Primo, quia decimæ de omni fructu, & ab omnibus soluendæ sunt, c. ex parte de decimis, ex quo tex. euidenter apparet neminem excipi, & maxime cum debeantur de iure diuino cap. parochianos eod. titul. & cap. nuncios eodem, disponitur, omnes parochianos esse compellendos de omni fructu decimas persolvere, quæ dictio, omnis, includit etiam clericos arg. text. in l. Iulianus ff. de leg. 3. & in cap. omnes de maiorit. & obedientia.

Tum secundo, quia ita clerici, sicut laici percipiunt Sacramenta in ecclesia parochiali, & propterea eadem ecclesiæ decimas persolvere debent cap. ad Apostolicæ de decim.

Tum tertio, quia apparebat, quod ante ordines receptos, soluebatur decima de præfato patrimonio per huiusmodi clericum, vnde ecclesia non debet defraudari, quia res semper remanet cum sua causa, & transit cum suo onere. l. traditio ff. de acquir. rer. domin. l. alienatio ff. de contrah. empt. l. si prædium C. de euiction. l. fin. conuenit §. si fundus ff. de pignor. act. l. si debitorem. C. de distract. pignor. maxime cum tale onus soluendi decimas sit appositum rei, & non personæ, proinde cum ipsa re transit, & cum ea semper versatur, vt voluit Cepoll. de seruit. verb. præd. c. 2. n. 13. & in tit. de fenestra. cap. 62. n. 2. & in his terminis tradit Bald. in l. fin. quæst. 5. C. de contrah. emp. quem refert Afflict. in dec. 282. n. 2. quare fuit decisiu in Rot. Lucen. teste Merlin. in dec. 19. quod talis res ad quemcunque transit, vadit cum suo onere, allegat tex. in l. Imperatores ff. de publicanis, de cuius materia latè Thes. in decis. 234. & iuxta præfatam opinionem censuit quoque glol. sing. in cap. tuis vers. de patrimonio de præb. & dignitatib.

Non obstant contrariis præsertim tex. in c. nouum

X 3 ge

genus de decimis, quia respondetur, quod non procedit in patrimonialibus, in quibus arcentur ad decimas soluendas, cap. 1. quæst. 16. q. 1.

RESOLVT. DXL.

Trina monitio, ad effectum vt clericus non incedens in habitu, & tonsurâ, amittat priuilegium clericale, an hodie sit necessaria ex vi Conc. Trid.

- 1 Trina monitio iudicis ecclesiastici ad fori priuilegium, amittendum olim requirebatur, cum requisitis, & limitationibus, num. 2. & 3.
- 4 Trina monitio ad fori priuilegium amittendum non requiritur, clerico incedente in habitu laicali, cum declaratione num. 5.
- 6 Clericus dimittens habitum clericalem ad hoc, vt facilius delinquat, ecclesiastico iudici est remittendus.
- 7 Clerici in minoribus constituti incedentes quandoquidem absque habitu, & tonsura, fori priuilegiu non amittunt.
- 8 Mascardi opinio reprobat.

Cum in quadam causa de hoc sermonem habuissim, respondi in præfato puncto nonnullas conclusiones constituendo.

- 1 Prima conclusio de iure communi sacrorum Canonum, ad amittendum priuilegium fori, requirebatur trina monitio iudicis Ecclesiastici, cap. in audientia, & cap. cum contingat de sent. excommunic. latè Paris. in prax. tit. de inquisitionibus quæst. 8. num. 60. Trinis. in dec. 48. n. 16. cum seq. part. 2. Anton. lib. 3. variar. resolution. decif. 48. post Couarr. præct. quæst. c. 32. n. 2. Grat. lib. 1. disceptat. forens. cap. 190. n. 11. vbi quoque addit requisita, vt præfata monitio valeat, scilicet, vt sit specialis, nominatim, & in personam facta, ita vt nec vnica, nec generalis sufficiat, secundū glos. communiter receptam in clementin. 1. in verb. tertio de vita, & honest. cler. Fel. in cap. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ col. 24. in princ. vers. secundo sequeretur, de cons. cum alijs, quos longa serie congerit Farinac. cit. quæst. n. 60. vlt. que ad 63. & de nonnullis alijs, quæ requirebantur, vt clericus fori priuilegium amittat, tradit latè Capyc. in decisione 161.

Quæ conclusio limitabatur dupliciter.

- 2 Primo in clerico coniugato, in quo non erat necessaria aliqua monitio, Couarr. præct. quæst. c. 9. & 32. n. 2. Clar. quæst. 36. vers. hæc autem Foller. in præct. crimin. in verb. audiantur excusat. n. 42. & Farinac. cit. loco.
- 3 Limitatur secundo in clerico enormibus se immiscente, Clar. & Farinac. cit. locis, & Nauarr. conf. 17. de priuilegijs.

- 4 Secunda sit conclusio, loquendo de iure Conc. Trid. sess. 23. cap. 6. in clerico, continuo incedente in habitu laicali, non requiritur trina monitio, vt priuilegium fori amittat, quia per d. Concil. fuit derogatum iuri communi, ita Cuchus in instit. maioribus lib. 3. tit. 9. de priuileg. cler. num. 66. qui testatur ita obseruari de consuetudine, Zecchius de republ. eccl. tit. de clericis, num. 6. vers. amittitur autem, Nauarr. consil. fin. nu. 6. de priuileg. Menoch. conf. 912. vol. 10. referens in præfatis clericis non esse faciendam præfata monitionem. Et iuxta hanc opinionem pluries fuisse declaratum per Sacram Congregationem testatur Anton. cit. loc. n. 7. & ad hoc faciunt constitutiones Clementis VII. & Pauli III. relatæ per Gratian. cit. loco per quas sancitum est, Clericos primæ tonsuræ, carentes beneficijs priuari priuilegio fori eo ipso, quod non incedunt in habitu, & tonsura, de quibus per Menoch. loco cit. num. 35. Vrsil. ad Afflict. dec. 24. nu. 7. & Clar. quæst. 36. vers. hæc autem, quod procedit modo explicando in 3. conclusione, & non aliter.

Tertia sit conclusio declaratoria huius secundæ, vt

illa tunc tantū sit vera, ac procedat, quando continuo clericus incederet in habitu laicali, & consequenter esset tãta perseverantia, vt publicè existeretur laicus, ita Farinac. cit. quæst. 8. num. 66. Addit. ad sum. Bullar. verb. Habitus cler. lim. 3. vnde in S. C. fuit decisū, quod clericus, qui dimisso habitu clericali, homicidiū commiserat, & in actu aufugerit, sæculari habitu indutus, sit remittendus ad iudicem ecclesiasticum, vt refert Tapp. in constit. Regni de personis n. 23. & ratio est, secundum eum, quia fuit habitum pro vero non habuisse animum dimittendi habitum, sed potius deponendi, vt commodius delictum committeret, & secundum Vrsil. in dec. 24. num. 7. pluries fuit decisum in eodem Consil. quod clerici in minoribus constituti, incedentes quandoquidem absque habitu, & tonsura non amitterent fori priuilegium, & ante eum voluit quoque, Gram. referens aliam decisionem in constit. de personis n. 4. vnde Bald. in l. si qua n. 2. C. de Episcop. & cler. voluit quod si probetur, clericum captum sine habitu, & tonsura fuisse solitum illa deferre, gaudere priuilegio fori, vt refert quoque fuisse declaratum per per Sacram Congregationem, Antonin. citat. loc. in anno 1586. in quodam clerico cum armis deprehenso sine habitu, & tonsura: & idem, secundum eundem, si clericus non deferret tempore delicti commissi habitum, & tonsuram, sed postea reasumpserit: quicquid voluerit Mascardus de probatio. conclus. 122. volens denegandam remissionem, si denudato capite clerici, cognouerit index non deferre tonsuram, quia, vt dixi, requiritur perseverantia, cum posset contingere, quod ob iustas, ac legitimas causas illum deseruisset, præsertim in eo, qui ex iusta causa timoris, habitum clericalem postposuerit, cap. clerici, de vi. & honest. cler. Item si ratione paupertatis illum gestare non valeret, ex Imol. in clementin. 2. eod. titul. Et tandem in eo, qui nequiret tonsuram deferre propter infirmitatem, Cappell. Tholof. in dec. 104.

RESOLVT. DXLI.

Clericus non habens requisita Concilij, ad effectum, vt frui possit fori priuilegio, an gaudeat priuilegio canonis.

- 1 Clericus, non incedens in habitu, & tonsura, an possit declinare iurisdictionem iudicis sæcularis.
- 2 Quid si esset beneficiatus.
- 3 Clericus non incedens in habitu, & tonsura, potest cognosci ab eius Episcopo, & gaudet etiam priuilegio canonis, & num. 5. & 7. vbi contrarium tenentes reprobat.
- 4 Regularis apostata à quo iudice puniri possit.
- 6 Priuatio vnius priuilegij, non extenditur ad aliud.

EX decreto Concil. Trident. sess. 21. de refor. cap. 6. clerici fori priuilegio non gaudent, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, nisi beneficium ecclesiasticū habeant, aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inferuiant, vel in Seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate de licentia Episcopi, quasi in via, ad maiores ordines suscipiendos verentur; & ita tradunt, & confirmant Gutierrez de iuram. confir. par. 2. cap. 17. n. 12 Paz 2. tom. suæ praxis prælud. 2. num. 6. Garzia de beneficijs part. 2. cap. 2. num. 3. & seq. Henric. consil. 91. num. 6. Masrill. decif. Rotæ Siciliæ 104. quamuis non sit necesse, vt supradicta copulatiue concurrant, secundum quod voluit Gutierrez lib. 1. præct. quæstio. q. 7. quoniam habens beneficium ecclesiasticum gaudet priuilegio fori, esto, quod habitum, & tonsuram clericalem non deferat, quia secundum eundem, hoc solum requiritur in clerico primæ tonsuræ,

suræ, vel minoribus ordinibus insignito, non habente beneficium ecclesiasticum, ut patet apertè ex dictione, aut eiusdem Conc. quæ est dictio difunctionis, & sic pluries decisum fuit, de Ponte consil. 24. volum. 1. & alij.

3 Et licet omnibus supradictis requisitis clericus carens non gaudeat privilegio fori, & ideo non possit declinare iurisdictionem iudicis laici, ut colligitur ex decreto eiusdem Conc. Attamen est citra controversiam, ut possit Episcopus contra dictum clericum delinquentem procedere, etiamque punire ut censuit Sacra Congreg. super d.c.6. per verba videlicet, *Licet autem huiusmodi clerici in minoribus forum iudicis secularis seu laici declinare non possint ex hoc decreto, tamen Congregatio respondit, istud decretum non obstat Episcopo, quominus iure suo in huiusmodi clericis delinquentes, si adhuc clerici permanent, possit animadvertere.*

4 Sic etiam à simili dicitur de regulari, qui etiam si apostatarerit, & atrocius deliquerit, licet perdat privilegium fori, non propterea iudex ecclesiasticus perdit iurisdictionem suam in eum, & locus erit præventioni, ut refert decisum Triuium, dec. 48. lib. 2. per tex. qui communiter ad hoc allegari solet in capit. 1. de apostatis.

5 Quare respondendo ad casum propositum, dico, quod quamvis clerici primæ tonsuræ, seu minorum ordinum, non habentes beneficia, aut alias qualitates, de quibus ibi, priuarentur fori privilegio ex decreto Conc. non tamen sunt priuati privilegio canonis, si quis suadente diabolo 17. q. 4. ut censuit Sacra Congreg. super d. cap. 6. per verba, videlicet, *Clerici, qui in hoc decreto Conc. privilegio frui priuantur, privilegio tamen canonis non intelliguntur priuati*, Gonzalez ad regul. mensium gl. 5. §. 5. num. 7.

6 Quæ decisio sanctissima videtur, tum quod priuatio uti pœnalis, & odiosa non est extendenda, cap. odia de regul. iur. in 6. l. cum quidam ff. de liber. & posthum. tum etiam, quia non intelligitur, nisi in casibus à iure expressis glof. communiter recepta in cap. fin. de iure patron. Item, quia ex diversis pœnis non fit illatio l. Papinianus ff. de minoribus. Tum denique, quoniam iuxta opinionem Alexand. de Neuo, privilegium fori facilius amittitur, quam privilegium canonis, ut voluit quoque Triuium in cit. dec. 48. par. 2.

7 Ex quibus omnibus, secundum Garz. de benefic. p. 2. cap. 2. nu. 20. conuincitur opinio Felician. de Solis, qui in lib. 2. de censibus cap. ult. n. 14. voluit, clericum in minoribus, non habentem ecclesiasticum beneficium, iure nonissimo Conc. non gaudere privilegio canonis, nam eum impugnant Gonzales, & Garz. cit. locis, nec non hanc sententiam tenere videtur, Rodriquez in summa tom. 1. cap. 80. num. 17.

Finis tituli Praxis Clericorum.

PRAXIS VISITATIONIS.

RESOLVT. DXLII.

An Curatus in ecclesijs Monachorum visitari possit ab Episcopo.

1 Curatus potest visitari ab Episcopo in ecclesia regularium.

2 Cura animarum commissa est Episcopis à Deo.

3 Episcopus de iure potest Curatum in beneficio unito monasterio constituere.



Vdicaui in quadam causa mihi delegata, potuisse quendam Episcopum visitare Curatum in ecclesia Regularium, & mouebat ex infrascriptis.

Primò, quia cura animarum præcipue fuit commissa Episcopis à Deo, cui sunt rationem reddituri, cap. Ephes. 43. dist. & disponitur in Concil. Trident. sess. 7. cap. 1. de reform. & propterea unio de beneficio curato non præiudicat Ordinario in ijs, quæ pertinent ad temporalem iurisdictionem, & curam animarum cap. 2. vbi Abb. de relig. domib. cap. pastoralis de privilegijs, vbi Inn. n. 4. refert Episcopum in istis ecclesijs habere omnem iurisdictionem, quoniam unicuique Episcopo semper intelligitur reservata iurisdicção, alias confunderetur ordo cap. peruenit 11. quæst. 11.

Tum secundo, quia Episcopus de iure potest curatum in beneficio unito monasterio constituere, nec Monachum amouere poterunt. glof. & Doctores per illum tex. in cap. 1. de Cappellis monachorum, & Conc. Trid. sess. 25. de regularibus cap. 11.

Vnde Conc. loc. cit. censuit personas, tam regulares, quam seculares huiusmodi curam animarum exercentes, subesse immediatè in his, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinet iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diocesi illam peragunt, ut refert Thess. for. Ecclesie c. 18. num. 105. Anton. lib. variar. resolut. cap. 18. & in princ. & fuisse declaratum per Sacram Congregationem Illustriss. refert Grillenzon. in cons. 32. & traditur in eodè Concil. sess. 7. de reform. cap. 7. & seq. & consonat decisio Sacre Congregationis, teste Illustrissimo Seraphino in dec. mox citanda, qua continetur personas, & locum visitare posse in ijs, quæ curam respiciunt, nam hoc, ut subdit idem Seraphin. quodammodo venit in consequentiam visitationis personarum, ut inquiratur quomodo conseruetur Sanctissimum Sacramentum, & ecclesiastica ornamenta, quod circa visionem ecclesie fieri non potest.

Limita supradicta dupliciter.

Et primò, quado constaret de aliqua prescriptione, quoniam cum iura parochialia sint prescriptibilia, ad text. in c. auditis de prescriptionibus, merito non posset visitare, alias si de prescriptione non appareret, tunc manutenendus esset Episcopus, cum habeat iuris communis assistentiam ad tex. in c. cum personæ, de priuilegiis in 6. & fuit in Rot. resolutum in vna Valentina de Xatua 13. Ianuarij 1590. coram Bubalo: neque obstat dec. Rotæ in causa Piscien. iurisdictionis 15. Iunij 1591. coram Illustriss. Card. Platto, quia respondet Seraphin. in decis. 1067. quod ibi constabat de exemptione.

Limita secundo in ijs locis, in quibus Abbates, & alij superiores regularium iurisdictionem etiam temporalem in parochianos habent, quia tunc iurisdicção censetur attributa Episcopo cumlatiue cum Abbate, ut fuit resolutum in vna Ciuitaten. iurisdictionis 11. Februarij 1594. coram Seraphino in cit. dec. 1067. bene tamè est verum, quod decreta Ordinarij præualebunt, vbi datur aliqua contrarietas, vel incompatibilitas. Rota in vna Bononien. iurisdicção. 20. Octobris coram Penia.

RESOLVT. DXLIII.

An Capitulum, Sede vacante possit visitare.

1 Visitatio est actus iurisdictionis Episcopalis.

2 Capitulum potest visitare ecclesias subiectas Episcopatu.

1 Cum visitatio sit actus iurisdictionis Episcopalis, cap. conquereute de off. Ordinarij, vnde Seraph. in dec.